

# INVESTIGATIO TRIANGULI

## IN QVO DISTANTIAE ANGULORUM

### AB EJUS CENTRO GRAVITATIS

### RATIONALITER EXPRIMENTUR.

Auctore

*L. EULERO.*

---

*Conventui exhibuit die 17. Dec. 1778.*

---

#### §. 1.

Cum centrum gravitatis trianguli reperiatur in intersectione ternarum rectarum  $AF$ ,  $BG$  et  $CH$ , quae ex singulis angulis ductae Tab. I. Fig. 8. latera opposita bisecant; illud erit in puncto  $O$ , ubi illae tres rectae ita se secant, ut sit  $AO = \frac{2}{3} AF$ ,  $BO = \frac{2}{3} BG$  et  $CO = \frac{2}{3} CH$ . Quoniam igitur requiritur ut distantiae  $AO$ ,  $BO$  et  $CO$  rationaliter exprimantur hoc eveniet, si totae rectae  $AF$ ,  $BG$  et  $CH$  fuerint rationales, siquidem latera trianguli per numeros rationales repraesententur.

§. 2. Ponamus igitur  $BF = CF = a$ ;  $CG = AG = b$ ;  $AH = BH = c$ ; praeterea vero vocemus  $AF = f$ ;  $BG = g$  et